



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesu Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Abassinorum n. 4

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

*Et quia  
Lutherana  
peſtilentia  
ſeruatrix.*

bus, ac pestilentia Lutherana, quæ his diebus comprehensa est, ex ipsis profecta est. Ac Societas non modo in Religiosis, alumnisque suis contaminata non est, sed etiam per eam ista venerunt in lucem mala. Vniuersique qui apud Religiosos ex ea confessi sunt, integrisque persecuerunt, & ab ista intacti lue, beneficio plane singulari Dei: cui gratiae debentur infinitæ, ita regenti, & illuminanti, qui confidunt in illum. Ita ille Par. 2. Hist. Soc. lib. 2. num. 126.

*Socij He-  
roes publi-  
mes, & ad-  
mirabiles.*

AB EODEM, *De quo Abbas Sylvester Maurolicus (in Oceano Religionum pag. 406.) refert, à tanto Siciliae Prorege dictum ad eumdem Hieronymum Domenecum de primis è Societate Patribus istic vi-*

*sis, ac è pulpito, Cathedraque auditis: Deus bone! (aiebat Prorex) ecquod hoc Heroum sublimium, & admirabilium genus est,*

*quod nobis adduxisti?*

*ad anima-  
rum luca-  
plurimas  
induit  
personas  
Societas.*

2. \* A PROREGE INDIE ORIENT. Qui P. Abrahamum de Georgis videns Turcico habitu indutum, afferuit: Hæ sunt adiuentiones, quibus Societas ad lucrandas Deo animas vittatur, propter quas suos filios tot, ac tam manifestis terra marique periculis exponit. Ita Tom. 2. viror. Illust. Soc. fol. 498. In vita P. Georgis.

*Quantum  
afflimentata à  
Tigrenſi  
Prorege.*

3. \* A PROREGE TIGRENSI IN ÆTHIOPIA, qui tam humiliter de se, ac tam magnifice de Noſtri, noſtraque Religione sentiebat, ut plane fateretur, ac diceret, Se Societatis famulum, ipsiusque socios excalceandi indignum. Sic in Relat. Æthiopia. lib. 1. cap. 13. fol. 96.

*Et ab Abaf-  
fensi.*

4. A PROREGE ABASSINENSI, Cuius etiam in colenda Societate tantum studium, ut cum Indignum se, diceret, qui vel infimum genus Officij socijs exhiberet, Christianum hominem muneribus ample donatum, suæ etiam mense adhibuit, causa non alia, quam quod Societatis nostræ Patribus ministraret, quin eo aliquando se demissionis abiecit, ut eborum etiam reliquias, que à religioſe noſtrorum refectione supererant, sibi sumendas cum summa veneratione colligeret: qua de re cum moneretur à Patribus, verecunde scilicet, ac tantum non moleste ferentibus, nimiam quoque tanti Principis

cipis obiectionem, negauit, Quid commodius indulgeri posse  
caniculae, nec quid sumi ab ea melius, quam micas à Dominorum  
mensa deciduas. Sic ille apud Imag. I. s̄ec. Soc. lib. 5. cap. 9.  
fol. 659.

5. A SENATV GALLIÆ In publica sententia aduersus Iobili-  
anum, qui Libellum Anticottonum nomine (in quo Iesuitæ à Cal-  
uinistis accusabantur de Regicidio) in vulgus parserat: ea sic se habet:  
Ioannes Antonius Iouilianus damnatus est, ipsumque  
damnamus ad mulctam honorariam foro faciendam ipso die  
fori, cum forum agitur, vbi nudato præter indusum corpo-  
re, apertoque capite, flexis genibus, suspensa è collo reste,  
ac facem pondo duarum librarum manu gestans alta voce,  
ut ex audiri possit, renunciabit, quod scelestè, & malitiosè  
per diuersa huius Vrbis loca (scilicet Parisiorum) proiecerit, &  
iparserit folia, seu chartas impressas, extraetas ex Libello  
quodam perniciose, & maligno, qui Anticottonus inscribi-  
tar, ad turbandam quietem publicam, excitandas turbas, &  
seditionem in hac ciuitate mouendam composito, quod fu-  
sius habetur in instrumento litis: cuius facti petit à Deo, Re-  
ge, & Iustitia veniam: in ipsius autem presentia predicta folia,  
seu chartæ frangentur, & dilacerabuntur. Inhibemus autem  
illi, & interdicimus sub poena capitis, ne simile quid com-  
mittat in posterum. Ceterum ad quinque integros annos  
Regni Galliæ exilio illum mulctauimus, & mulctamus, &c.  
Ita Decretum, quo honor Societatis Iesu restitutus, & à Gal-  
lico Senatu reparatus est. Ita apud Becan. Tom. 4. Opuscul.  
fol. 222. & apud Fagundez in Praecept. decalog. lib. 8. cap. 17.  
num. 12.

6. A SENATV ANTVERPIENSI: Qui cum interrogaretur ab  
Urbis Gubernatore Perenotto, probaturuſne eſſet, ſi qui amicorum  
opportunam Societati compararent domum, respondit. Nullam in  
Urbē ſua tam eſſe ſplendidam quam non ei ex merito ſe de-  
bere fateretur, ac ſi nulla eſſet, aut ampla ſatis, aut com-  
moda, voluntatem ſuam neutriquam deeffe ad excitandam

Y y 2 nouam,

Societas  
defendit  
à Senatu  
Gallicano  
contra li-  
bellarium

Eius in-  
gressus  
Antwerp  
quam defi-  
deratus.